Fragmentarium

1 c. 2, 18 preparari pro magnificentia [illegible]
suis pro coniunctione & nuptiis esther. & dedit
requiem in universis provinciis. ac dona largitus est
iuxta magnificentiam principalem. Cumque & secun
do quererentur virgines & congregarentur mardo
cheus manebat ad regis ianuam. Necdumque prodi
derat esther patriam & populum suum iuxta mandatum ei.
Quicquid enim ille precipiebat observabat esther. & ita
cuncta faciebat. Ut eo tempore solita erat quo eam
parvulam nutriebat. Eo igitur tempore quo mar
docheus ad regis ianuam morabatur. Irati sunt baga
than & thares duo eunuchi regis qui ianitores erant.
& in primo palacii limine presidebant. Voluerunque
insurgere in regem & occidere eum. quod mardocheum
non latuit. Statimque nuntiavit regine esther & illa
regi ex nomine mardochei. qui ad se rem detulerat.
Quesitum est & inventum. & adpensus uterque eorum in pati
bulo. mandatumque historiis & annalibus traditum coram
1 c. 3 rege. Post haec rex asuerus exaltavit aman filium
amathi. qui erat de stirpe agag & posuit solium [illegible]
super omnes principes quos habebat. Cunctique servi regis
qui in foribus palacii versabantur flectebant genu
& adorabant aman. sic enim eis preceperat imperator.
Solus mardocheus non flectebat genu. neque adorabat eum.
Cui dixerunt regis pueri qui ad fores palacii presidebant.

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 15346, Cod15346_10v – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-7d54/3878/41118)